

Roman. à Valle *consil.* 61. num. 2. ubi extendit ad omnem actum. Roman. *consil.* 180 §. si admittimus, num. 4. cum sequentibus ubi extenditur ad omnem dispositionem, videlicet contractum, testamentum, juramentum, attestaciones, & privilegia.

20. Secundò. Reus in dubio est absolvendus, l. Arrius, ff. de arte obligati. cap. Ex lueris, de probat. l. Qui accusare, C. de edend. Tertio. In dubio de validitate actus debet interpretari quod valeat, ff. de serv. car. l. si quis servum, in finem, Bartol. post Glossam in l. Non solum §. sed ut probari in 1. col. in fine, ff. de oper. novi nunc. Bald. in Rub. C. de sine instrum. 4. column. in verb. *Texta hoc queritur*. Quarto. Dubia in meliorem partem interpretanda, Bertachinus in Repertor. 2. part. verb. Dubium. Francisc. Molina de ritu mptiar. lib. 1. compar. 16. numero 2.

21. Quintò. In dubiis tutior pars eligenda, l. si fuerit, §. ultia, ff. de rebus dubiis, cap. Invenis, de sponsalibus, cap. Ad audientiam, de homicidio, Covarr. in cap. Ama mater, part. 1. §. 2. num. 5. casa 1. Navar. in manuali, cap. 27. num. 139.

Navar. Sextò. Dubius ab ignoante non distat l. Manifestissimi, §. si autem nescius, C. de furtis, Gama Lusitan. decis. 91. num. 1. in principio. Imò comparantur ex Surdo decis. 265. n. 17. Limitat tamen, cum habitans tenebatur inquirere, & de facili potuit certificari. Idem Surdus *consil.* 379. num. 18. & *consil.* 528. num. 43.

Gama. Decianus *consil.* 39. num. 21. §. si foris, Odd. de restit. in integrum, part. 1. quest. 8. art. 9. num. 47.

Farinac. Farinac. Prag. crim. p. 2. tit. 1. n. 96.

QUÆSTIO V.

In dispositione rerum, quomodo agendum sit?

SUMMARIUM.

- 22 Quilibet de re sua potest disponere, & testator legem suis rebus ponere.
 - 23 Dispositio intelligitur de rebus sic stantibus.
 - 24 Dispositio generalis generaliter est intelligenda, limitatur tamen à ratione particulari.
 - 25 Dispositio limitata limitatum parit effectum.
 - 16 Dispositio non habet locum, si verba non conveniant.
 - 27 Dispositio semper intelligitur de actu & militat in dependentibus, & n. 28.
22. **D**isponere de re sua quilibet potest, l. Dum, C. de contrab. emptione, l. in re mandata, C. mandati. Anchar. *consil.* 115. num. 7. ubi declarat hoc procedere, quando quis agit in re penitus sua propria, secus si communis sit, vel in ea alius præcendit *consil.* 157. num. 7. versio. Secundò. Ubi, quod licitum est cuilibet sibi prospicere, & meliorem suam conditionem facere, quando de re sua disponit; etiam cum alterius detrimento. Castrenf. *consil.* 59. Pro pleniore in principio per totum

Alexand. Alexand. *consil.* 12. lib. 2. ubi ait procedere multo magis in ultima voluntate, quia potest testator legem ponere quam velit rebus suis, refert Card. Tufsch. *pract. consil.* tom. 1. lit. D. *consil.* 486. per totam.

23. Secundò. Dispositio omnis intelligitur, rebus sic stantibus, & in eodem. statu permanentibus, l. quod si servus, ff. de condit. ob causam, cap. In Parochum 16. q. 1. Glossa in cap. 2. de rescriptis, & multi alii Doctores apud Barbofam *Axiom.* 73. num. 3. & adducit Anchar. *consil.* 84. Domina. num. 4. & *consil.* 5. & *consil.* 194. num. 3. in fine, ubi ait, quod mutato, vel alterato statu rei, aut dispositione, seu personæ, mutantur res, dispositio, & persona.

24. Tertio. Dispositio generalis generaliter est intelligenda. Cravetus *consil.* 133. num. 5. & 6. quod explicat, nisi adsit causa efficax restringendi, vel ratio per quam restrictio sit facienda. Quod secundo limitat *consil.* 176. num. 4. & 5. Tiraquel. in l. si unquam, C. de revocacat. donat. in *præfat.* num. 119. ubi quod dispositio generalis operatur generaliter, tam in odiosis, quam in correctoriis, & pœnalibus. Tertio limitatur, quia dispositio generalis restringitur ex ratione particulari; l. cum prætor, §. Dulcissimis, ff. de legatis 2. l. si decertare, Girona de privileg. seu exempt. significe. 277. Olafch. Pedemur. decis. 98. n. 10. Surd. *consil.* 38. n. 9. Lezana *consil.* 2. n. 21.

25. Quarto. Dispositio limitata, limitatum pro ducit effectum, & non extenditur ultra limites. Petrus de Anchar. *consil.* 118. casus talis est in principio, num. 4. Cardin. Seraphin. decis. 911. num. 2. Cephalus *consil.* 274. num. 13. lib. 2. & alii communiter, & ita loquuntur de jurisdictione, de commissione data, de renuntiatione facta, vel gratia data cum limitatione Rolandus à Valle *consil.* 41. n. 16. lib. 4. Cravetus *consil.* 361. n. 3. & 7.

Roland. Craver. 26. Quintò. Dispositio non habet locum, ubi verba non conveniunt dispositioni, l. 4. §. Toties, ff. de damno infecto, l. quod constitutum, ff. de milit. testament. Alexand. *consil.* 17. Requirit, num. 1. lib. 1. & *consil.* 17. visis, num. 7. versio. ultimo, l. 2. Geminian. *consil.* 65. in principio versio. Secunda pars. Imola *consil.* 9. in principio.

27. Sextò. Dispositio omnis semper intelligi debet de actu valido. Petrus de Anchar. *con. sil.* 6. viso Themat, n. 5. & 6. Bald. *consil.* 442. Avend. verba ita dicunt. Avend. l. 40. Tauri, Glossa 1. num. 28. ubi, quod dispositio regulatur secundum jus vigens tempore dispositionis; Arcin. *consil.* 142. num. 11. versio. Et similiter. Ubi quod dispositio loquens de probatione, intelligitur de valida, & sufficienti.

28. Septimò. Dispositio in principali, censetur etiam dispositum in dependentibus. Seraphin. de privileg. juram privileg. 74. n. 148.

Octavo. Dispositum in uno ex æquiparatis, etiam in altero militat, quamvis materia sit exorbitans. Reinofus in *observat. practice observat.* 44. n. 3. *observat.* a. 51.



RESOLUTIO XIV.

Bannitus.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid, & quotuplex sit Bannitus?

SUMMARIUM.

- 1 Bannitus à quo verbo deducatur.
- 2 Bannitus dupliciter accipitur.

1. **B**ANNITUS deducitur à verbo banno, quod idem est ac proscribere, ac delere à numero civium, seu civitatis, iustam Glossam de foro competentis, in cap. Quod Clerici. Unde Bannitus idem est, quod proscriptus, seu deletus à civitate. Ita Sylvester. verb. Bannitus, num. 1. Bannitus variè, ac multipliciter potest accipi, ut videre est apud Cardinalem Tuschum littera B, conclus. 9. in præfati, & magis communiter dupliciter accipitur.

2. Magis tamen communiter dupliciter accipitur Bannitus Primò, pro illis, qui exules effecti sunt ab aliqua civitate; secundo verò pro illis, qui propter aliquod capitale crimen damnati sunt ad mortem, impune illis à quocunque intelligenda; & hi propriè dicuntur Banniti, de quibus in præfati agimus, quia modò ex communi acceptione vocantur Banniti, seu capitaliter proscripti, priores autem exules tantum dicuntur. Ita Sotus de iustitia, lib. 5. quest. 1. art. 3. Clarus lib. 5. verbo Homicidium, num. 54. & 56. Armilla verb. Homicidium, num. 1.

QUÆSTIO II.

Unicuique licet Bannitum, seu proscriptum occidere quibusdam conditionibus positis.

SUMMARIUM.

- 3 Bannitus per sententiam licitè potest occidi à qualibet persona.
- 4 Si Bannitus appellavit, pendente appellatione, non potest occidi.
- 5 Si verò Bannitus sit sub potestate iudicis, jam non potest à quocunque occidi.
- 6 Non est licitum filio occidere patrem bannitum, vel è contra.
- 7 Banniti possunt semetipsos occidere.
- 8 Ecclesiasticus non potest occidere bannitum.

3. **C**ommunis resolutio in hac materia est, bannitum, seu capitaliter proscriptum per publicam mortis sententiam licite in conscientia posse à quocunque etiam privata persona, dummodo non sit Ecclesiastica, oc-

cludi; tunc enim quilibet publica auctoritate constituitur minister, ac executor iustitiæ. In hoc conveniunt omnes auctores proxime citati, & multi alii apud Layman. lib. 3. sect. 5. Layman. tract. 3. c. 2. n. 3. Azor. tom. 3. lib. 2. c. 2. q. 2. & Azor. alii statim citandi.

4. Si tamen bannitus legitime appellavit à mortis sententia contra illum promulgata, pendente appellatione, nil est innovandum, nec potest occidi. Naldus verb. Bannitus, n. 7. & Lezana eodem verb. num. 12. Balleus eodem verbo, n. 1.

5. Secundò. Quando bannitus captus est à Iudice seculari, aut se præsentavit potestati seculari, quia jam est sub legitima iudicis potestate, ad quem solum pertinet ei inferre mortem, & ad nullum alium. Ita Auctores citati quibus accedit Grassius in *decisionibus auctoris*, p. 2. lib. 2. c. 19. n. 7.

6. Tertius casus est, quod quamvis aliqui, ut Bartolus, & Gomez, ac alii teneant, licitum esse filio occidere patrem bannitum, & è contra patri occidere filium bannitum, opposita sententia mihi videtur vera, nempe non licere non enim filius in tali casu omittit obligationem naturalem, qua erga patrem suam tenetur, nec pater dato casu omittit obligationem ac affectum conservationis erga filium. Ita Julius Clarus in *praxi criminali*, lib. 5. §. Homicidium, num. 61. Bonacina de *contract. disp.* 2. quest. ultima, sect. 1. punct. 2. num. 3. Diana 5. part. tract. 4. de homicidio, Resolut. 25. ad finem. Layman. proxime citatus, num. 3. excipiant, nisi ipsi banniti sint crudes hostes communis boni, ac totius Reipublicæ.

7. Quarto. Ex dictis sequitur, quod ipsi banniti, seu proscripti possunt semetipsos ad invicem occidere, militat in eis ratio apposta in conclusione, ut bene advertunt Bonacina, & alii Doctores citati cum Diana p. 5. tr. 4. Resolut. 25. §. Sed ego; non tamen quilibet ex eis potest seipsum occidere.

8. Exceptus in conclusione, dummodo non sit persona Ecclesiastica, quia licet Ecclesiasticus occidens bannitum, immunis sit à pœna temporali, quia tamen causa sanguinis ei est illicita, inde mortaliter peccat, cap. Sententiam ne Clerici, vel Monachi, imo, & tales sunt irregulares, irregularitate ex delicto proveniente, quia nempe delictum commiserunt in tali morte; laici autem bannitos interficientes solum contrahunt irregularitatem ortam ex homicidio iusto, Si autem Ecclesiasticus cum moderamine inculpate tutelæ occiderit bannitum volentem ipsum Ecclesiasticum occidere, tunc nullam incurrit irregularitatem, ut dicitur *infra*, verb. Irregularitas, ex communi sententia.

QUÆSTIO III.

An liceat per insidias, ac proditorie occidere bannitum?

SUMMARIUM.

- 9 Prima sententia negat.

10 Secunda & vera affirmat. Licet occidere aggressorem in via.

Negativam sententiam tenent Menochius, Homobonus, & alii quos citant, ac sequuntur Bonacina de contract. disp. 2. quest. ultima sect. 1. punct. 2. num. 3. Julius Clarus in praxi criminali lib. 5. §. Homicidium, nu. 61. & ideo hanc sententiam tenent, propter periculum damnationis, cui frequenter exponitur bannitus, si in tali statu proditorie occidatur, & ideo dicunt Naldus verbo Bannitus, numer. 11. & Lezana eodem verbo, num. 10. quod taliter occidens bannitum peccabit non contra iustitiam, sed contra charitatem.

Naldus. Lezana.

Dico tamen, quod licet non est proditorie, ac per insidias occidere bannitum. Ita Molina de iustitia, tom. 4. tract. 3. disp. 7. n. 1. Filiucius tom. 1. tract. 25. cap. 2. num. 25. Azor, tom. 3. lib. 2. cap. 2. quest. 3. Diana part. 5. tract. 4. de homicidio Resol. 25. Quæ sententia, ex eo mihi probatur, quia quilibet est minister iustitiæ in isto casu, & potest gladio occidere bannitum, absque peccato contra iustitiam, vel charitatem: ergo etiam eum potest occidere proditorie, ac per insidias, nulla enim major ratio apparet, nec ratio in contrarium urget. Quia bannitus sua culpa à peccatis cessare non vult, majorque ratio habenda est boni publici, quam particularis illius, qui cum sibi prospicere posset, non vult.

10. Molina. Filiucius. Azor. Diana.

Ex quo accipe eum, Molina, citato loco, juxta l. 1. C. quando liceat unichique sine iudice, &c. Ubi videtur concessum interficere grassatorem, qui vias publicas tenet, quoniam in defensionem suam, & aliorum, quibus ille mortem, & alia damna præparat, hoc videtur in iustam vindictam publica auctoritate concedi.

11. Molina. L. 1. C. quando.

QUÆSTIO IV.

An liceat occidere bannitum extra territorium proscriptentis?

SUMMARIUM.

- 12 Prima sententia affirmat licitum esse.
13 Secunda, & communis negat.
14 Excipiunt, nisi id fiat de consensu Principis territorii, & si fuerit bannitus à Papa.
15 Prima sententia probabilis, si bannitus fuerit facinorosus.
16 De pœna homicidii.

12. Grassius. Megalius. Clarus. Baldus.

Aliqui sunt Doctores, qui absolute affirmant licitum esse extra territorium iudicis, vel proscriptentis occidere bannitum. Ita Grassius part. 1. lib. 2. cap. 62. num. 57. Megalius tom. 1. variar. resolut. 60. num. 5. cum Claro, citato num. 66. & Baldo in l. cunctos populos n. 9. Tum quia constitutio potest ligare personas extra territorium existentes. Tum quia maxime conveniens est publicæ utilitati, ut tales ubicunque fuerint, perimantur, ac iterum revertantur, & provincias cladibus, furtis, ac violentiis molestant.

Tamen communis est opposita, quod scilicet nullus Bannitus occidi potest extra territorium principis, ac iudicis, qui illum proscriptit. Ita Toletus, Azor, Filiucius, Reginaldus, Sà, Bonacina, Layman, & alii, quos citant, ac sequuntur Diana, par. 5. resol. 4. Basseus, verb. Bannitus, numero 3. Et probatur, quia auctoritas occidendi non extenditur ultra territorium proscriptentis, deinde, quia fit magna injuria Principi, in cuius territorio moratur bannitus, & qui talem mortem exequentur, exponunt se periculo subeundi pœnam homicidii.

13.

Toletus. Azor. Filiucius. Reginaldus. Sà. Bonacina. Layman. Diana. Basseus.

Excipiuntur tamen à citatis Doctoribus duo casus. Primò, si princeps, vel Dominus talis territorii expressè, vel implicite consentiat, tunc non erit peccatum contra iustitiam ibi bannitos occidere. Secundò, nisi talis reus esset bannitus à summo Pontifice, qui cum habeat jurisdictionem illimitatam per totum orbem, potest mandare occasionem hominis à se proscripti in quocunque territorio.

14.

Hæc secunda sententia est valde communis, tamen etiam probabilis est, quod si bannitus sit valde facinorosus, bonoque communi perniciosus, quod possit occidi extra territorium bannientis. Ita colligitur ex l. 5. §. Fin. ff. de scariis, ubi dicitur transfugas, ubicunque inveniuntur, licitum esse interficere: cum constitutio ligare possit personas extra territorium, l. Magis puta §. illud ff. de rebus L. Magis eorum, de quo iste Soc. consil. 74. num. 17. Tum quia valde utile est republicæ viros facinorosos perimi, cum ubique iterum delinquant, sicque intervenire videtur titulus iustæ defensionis: Tum etiam quia in isto casu videtur adesse consensus alieni principis, sicque ei non fit injuria, & esto sit invitus in casu magna necessitatis est iniuste invitus, indeque de ejus dissensu non est curandum, ita cum Grassio sentiunt Toletus lib. 5. summa capit. 6. Grass. vers. Rursus tertio Gomez in cap. 2. si statuto, Toletus numer. 42. de constitutionibus, Pellizar, tom. 2. tract. 9. n. 68. §. quod si hic.

15.

L. 3. §. Fin. ff. de scariis. Soc. consil. 74. num. 17. Grass. vers. Rursus tertio Gomez in cap. 2. si statuto, Toletus numer. 42. de constitutionibus, Pellizar, tom. 2. tract. 9. n. 68. §. quod si hic.

Nec obstat, quod occidens bannitum in alieno territorio, puniretur, ut homicida, quia hic in primis loquimur in foro conscientie, si illud contingat, ex eo erit, quia ille princeps oppositam sententiam tenet, à qua se occidens defendet, cum hac sententia, & quia occidit bannitum per sententiam publicam damnatum in magnam Reipublicæ utilitatem.

16.

QUÆSTIO V.

An liceat statutum proponens premium pro occidente bannitum?

SUMMARIUM.

- 17 Quamvis aliqui negent, tamen tale statutum licitum est, & sæpè utile.

SI proponatur, verbi gratia, ut quicumque ex bannitis alium bannitum occiderit, libertate nempe donabitur, vel quicumque alius banni-

17.

QUÆSTIO VII.

An retinere bannitos, seu decoctores prohibetur sic Regularibus.

SUMMARIUM.

- 21 Clemens VIII. prohibet Regularibus recipere seu retinere bannitos.
22 Non tamen prohibetur in casibus, quibus immunitas suffragatur.
23 Epistola Clementis solum obligant Neapolitanos, & in Aprutia.

21. Clem. VIII.

DE mandato Clementis VIII. editum fuit decretum à Sacra Congregatione Regul. die 17. Aprilis anno 1560. quo præceptum, ac prohibitum fuit Regularibus sub pœna privationis officiorum, ne retineant bannitos decoctores, seu fallitos in suis conventibus. In cujus confirmationem afferuntur litteræ Cardinalis Florentiæ ad vicarium Archiepiscopatus Genuensis ad Nuntium Neapolitanum. Scortia in Selectorum Bulla Theorem 357. Peyrin. tom. 2. Privilegiar. Minorum in consil. 4. Clement. VIII. à n. 5.

Scortia. Peirin. Clem. VIII. 22.

In his tamen Decretis, ac Epistolis id maxime notandum, non prohiberi recipere, vel retinere bannitos, ut immunitate Ecclesiæ gaudeant, si fuerint banniti tali crimine; ut immunitate Ecclesiæ gaudeant juxta constitutionem Gregorii XIV. qui tantum certos casus excipit, propter quos immunitas eis non suffragatur. Et clemens VIII. in suo Decreto, ac Epistolis non excipit alios casus ultra exceptos per Gregorium XIV. In aliis vero casibus Banniti non privantur immunitate Ecclesiæ, si recipiantur, ut notant Peregrinus, de immunitate cap. 11. num. 14. Fatina-cius de immunitate cap. 22. num. 250. Diana tract. 1. Resolut. 40.

Greg. XIV. Clem. VIII. Peregrinus. Fatinacius. Diana. 23.

Qui etiam bene notat in fine prædictæ Resolutionis, quod prædictæ Epistolæ Clementis missæ tantum fuerint Archiepiscopis Genuensibus, & Neapolitanis ac proinde in prædictis terris obligare, & non in aliis locis: ex quo etiam colligit Peirin. tom. 2. privilegiorum Minorum, consil. 4. Clementis VIII. num. 5. Quod si aliquis Regularis reciperet, aut retineret in suo conventu aliquem bannitum propter homicidium sine dolo commissum, seu non facinorosum, non incurreret prædictas pœnas, quæ solum contra receptores facinorosorum impostæ sunt. Casus autem, quos excepit Gregorius XIV. in quibus immunitas Ecclesiæ non suffragatur, referam.

QUÆSTIO VIII.

De Constitutione Sixti V. in Regno Neapolitano, ac Provincia Aprutii.

SUMMARIUM.

- 24 Constitutio Sixti V. pro prædictis terris.
25 Constitutio tantum procedit de vicarum grassatoribus.

29 Apra

Sotus. Bonacina. Azor. Filiucius. Homobon. Megalus. Decius. Diana. Basseus.

bannitum occiderit, accipiat certam pecuniæ summam. Quamquam aliqui Doctores, ut Sotus cum Bonacina de contract. disp. 2. quest. ultima, sect. 2. punct. 2. num. 3. Tale statutum non multum approbent. Tamen Azor, Filiucius, Homobonus, Megalius, Decius, Julius Clarus, quos citant; ac sequuntur Diana, ac Basseus citati, num. 4. affirmant. Et ratio est, quia aliquando id expedit communi Reipublicæ bono, ut banniti, qui sunt communes Reipublicæ hostes à medio tollatur, & videmus hoc aliquando factum fuisse à Magnis Pontificibus, ut Sixto V. hoc tamen non debet fieri nisi ex magna, ac urgenti causa.

QUÆSTIO VI.

An Bannitus justè damnatus ad mortem occidere possit suum aggressorem?

SUMMARIUM.

- 18 Prima sententia negat.
19 Secunda, & satis probabilis affirmat.
20 Diluitur argumentum adversariorum.

18.

PRIMA sententia, & communis tenet fas non esse bannito se defendere contra aggressorem eum occidendo, vel mutilando. Ita Azor. part. 3. lib. 2. cap. 1. quest. 11. Layman. lib. 3. de iust. tract. 3. part. 3. cap. 2. numer. 3. Sà verb. Bannitus, num. 4. M. Lezana, eodem verbo, num. 13. Fundamentum eorum est, quia idem est, ac si reus, vel malefactor condemnatus ad mortem, se defenderet contra ministros iustitiæ, & occideret eos. Secundò, quia ex eo ipso, quod potest licite offendi, & occidi, admittit ei jus se tuendi: Non enim est permissa defendendi facultas, ubi offendi est data libertas, alioquin necesse est dicere, dari posse bellum ex utraque parte per se, ac formaliter justum, seclusa ignorantia, quod omnes negant.

Azor. Layman. Sà. Lezana.

19.

Clarus. Basseus.

Dico, quod contraria sententia satis est probabilis, ut tenent multi Auctores: quos citat ac sequitur Julius Clarus lib. 5. sentent. §. Homicidium n. 68. & sequentibus, & Basseus verb. Bannitus, num. 2. §. Nihilominus suadetur his rationibus. Quia Bannitus non amittit jus se defendendi, & in hoc non peccat. Tum etiam quia non perdit jus naturale, & gentium. Tum etiam & tertio jus naturale non abrogatur per statutum, & sententiam humanam, Et confirmatur; quia adulter si occidit, ut se à morte defendat, non peccat, quamvis lege damnatus sit ad mortem, ergo similiter bannitus.

20.

Nec argumentum de reo damnato ad mortem, quod non possit se ipsum defendere, & ministros iustitiæ occidere, urget in contrarium. Quia talis reus jam est captus, & sub potestate iudicis detentus, ac patienter debet sustinere sententiam, deinde ipse reus damnatus est ad mortem, facto processu, & audita parte, quod multoties erga bannitum non fit.